UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

conduxit, poſſit filiis in emphyteoſi præiudicare, lo-
quuntur, quando conſtaret, ipſum patrem uoluiſſe ꝑ
iudicare, puta uendendo, uel uni tantum ex linea rẽ
relinquendo, ut habetur per Imol. in d. c. potuit. & ꝑ
alios, quos allegat Alex. in d. l. apud Iulianum. §. ſi qs.
¶ Præterea ſi ſecunda inueſtitura facta Vincentio re
ctè conſideretur, ex ea non apparet, ꝙ Vincentius il-
lam acceptauerit aĩo expreſsè filię ſuæ pręiudicandi,
tum quia de fœminis, ſeu de filia ſua in dicta inueſti-
tura nulla excluſiuè mentio facta fuit, ergo in dubio
non dẽt dici illi pręiudicatum, tum quia hoc non eſt
pręſumẽdum. argu. d. l. 2. §. merito. tum quia ipſe Vin
cẽtius uoluit expreſsè, quod ſaluũ eſſet ius tertio, cui
iam fuiſſet ius acquiſitum, ut ibi, abſq; præiudicio ter
7 tij per præmiſſa. ¶ Et† quamuis dicta ſecunda inueſti
tura facta fuerit pro filiis, & nepotibus maſculis, quo
caſu fœminæ cẽsẽtur excluſæ per ea, quæ uoluit Bar.
in l. fi. in fin. ff. ad tertullia. & in l. 1. §. quod habebat. de
bono. poſſ. contra tab. tamen illud uerum eſſet, quan-
do tempore, quo facta fuit diſpoſitio de maſculis, nul
lum ius fœminis iam acquiſitum foret, ut ibi per Bar.
loquentem de ſtatuto uocãte filios maſculos ad ſuc-
ceſſionem; ſed quando tempore diſpoſitionis factæ
ſimpliciter ad fauorem maſculorum ius fœminis iã
fuiſſet acquiſitum, non poſſunt fœminæ dici excluſæ
à iure ſibi quæſito, quod ſine cauſa auferri non poteſt
ad tradita per Bart. in l. fi. C. ſi contra ius, uel util. pub.
& latè per ſcrib. in c. quæ in eccleſiarũ. ubi ego quoq;
pleniſſimè dixi, extra de conſtitu. ¶ Nec refragatur,
8 † ꝙ dicta ſecunda inueſtitura facta fuit pro filijs, & ne
potibus maſculis ex legitimo matrimonio natis tan-
tum, ex quibus uerbis taxatiuè poſitis fœminæ uiden.
9 tur excluſæ, nam reſpondetur primo, ꝙ † uerba taxati
ua reſtrictionẽ de habilitate ab alijs iuribus recipiũt.
10 l. ob æs. ibiq; gl. C. de prædijs minorum. Pręterea † ver
ba taxatiua potius ſuperfluè ſtare debent, quàm ꝙ ex
illis damnum tertio indebitè inferatur. argu. c. in his.
extra de priuil. bonus eſt tex. in c. ſuggeſtum. & c. du-
dũ. & ibi gl. in uer. nullatenus. extra de decimis. quæ
glo. inquit, nunquam cenſeri præiudicatum iuri alte
rius, niſi hoc fuerit expreſſum, & eſt optimus tex. in c.
quia intentionis. extra de priuileg. ubi per renouatio
nem nunquam iuri alteri quæſito debet cenſeri præ-
11 iudicatum. Tertio reſpondeo, ꝙ † illa taxatiua tantũ
non eſt ad maſculos referẽda ad excluſionem fœmi-
narum propter abſurdum, quod ſequeretur, de quo
ſupra, ſed ad proximiora tantum debet referri ad ex-
cluſionẽ illegitimorum, & nõ natorum ex legitimo
matrimonio, & hoc modo aliquid operabitur abſq;
pręiudicio iuris alterius, argumento eorum, quæ ha-
bentur in l. talis ſcriptura. in fi. ff. de leg. 1. ¶ Sed cõtra
ipſam Prudentiam, ꝙ non poſſet admitti, fortius fa-
cere uidebatur, qm̃ cum eſſet hęres ipſius Vincentij,
non potuit contra factum ſuum venire, ſed illud de-
buit ratum habere. l. cum à matre. cum ſimi. C. de rei
uendica. Verum huic motiuo ultra reſponſiones à d.
Conſultore traditas multipliciter reſpondetur. Pri-
12 mo, † ꝙ filia factum patris ſui Vincentij ad ſui præiu-
dicium ratum habere non tenetur, quia Vincentius
expreſsè noluit factum ſuum eſſe alteri pręiudiciale,
ergo minus filiæ ſuæ, cui iam ex prima inueſtitura ius
13 quæſitũ erat ꝑ ſupradicta. Secundo reſpondeo, † ꝙ hæ
res non poteſt contra factum defuncti uenire, immò
illud ratum habere tenetur. d. l. cum à matre. quando
factum defuncti eſt ſuimet obligatoriũ, & tale, per qđ
contra defunctũ actio, ſeu exceptio cõpetere potuiſ-
ſet. d. l. cum à matre. ſed quando non eſſet huiuſmo-
di, tunc hęres illud factum ratũ habere non tenetur,
immò contra illud uenire põt, ut uoluit Bar. per glo.
ibi in l. Lucius. ibiq; Doct. communiter. ff. ſol. matri.
& Bal. in d. l. cũ à matre. col. 2. uerſi. dic ergo. At factũ
iſtud Vincẽtij, ꝑ qđ ipſe à domino ĩueſtiturã accepit
ꝓ ſe, & filijs, & nepotibus maſculis, nõ fuit ipſius Vin
centij quoad illud factũ obligatoriũ, quia non promi
ſit, ꝙ ſolũ maſculi, & non fęminæ deberent ad res em
phyteoticas uenire, ſed ſimpliciter illud factum acce
ptauit, & conſequenter ex illo ſimplici facto non po-
terat aliqua actio, uel exceptio ꝯ Vincentium cõpe-
tere, ergo Prudentia eius filia potuit contra illud ue-
nire ex iure ſibi iã quęſito, cui Vincẽtius noluit pręiu
dicare, ut ſupra. Aliud fuiſſet, ſi Vincẽtius res emphy
teoticas alienaſſet, uel aliter ſe obligando illas in aliũ
tranſtuliſſet, nã tunc Prudentia non potuiſſet contra
uenire, quia factum patris ſui fuiſſet obligatorium. ar
gum. d. l. cum à matre. & per ſcriben. ſupra allegatos.
¶ Non aduerſatur, ꝙ dato, ꝙ filiæ non fuerit ꝑiudica-
tum, ut ſupra, & cõſequẽter ea ſit admittẽda, certè de
bet ſolũ admitti ad rẽ, in qua ex inueſtitura fuit ſibi
ius acquiſitũ, & ſic ad domũ, de qua habetur ĩ prima
inueſtitura, non aũt ad petias terræ, de quibus Vincẽ
tius fuit inueſtitus, quoad quas Prudentia nullũ ius di
14 citur habere, quia huic motiuo reſpondetur, † ꝙ cum
ex permutatione de domo cum dictis petijs terrę fa-
cta dictæ petiæ terrę fuerint in locũ domus emphy-
teoticæ ſubrogatæ, ut in ſimili uoluit Soc. in cõſi. 93.
circa fin. lib. 3. ſequitur, ꝙ debent dici ſubrogatę cum
quolibet ſuo onere, & oĩ reſpectu cũ ſua primordia-
li natura. l. ſi eũ. §. qui iniuriarũ. ff. ſiquis cautio. Bar.
in l. certi condictio. in prin. 3. col. ff. ſi cer. peta. ſed pri
mordialis natura in caſu noſtro eſt illa, quæ ex prima
inueſtitura colligitur, ut emphyteoſis ẽt ad fœminas
maſculis non extantibus, tranſire poſſit, ergo &c. ut
fuit de mente Ioan. And. in c. qui ſentit onus. de reg.
iur. in 6. in mercurialibus. & Soc. in d. conſi. 93. circa
finem. Nec obſtat, ꝙ emphyteoſis facta de his petiis
terrę facta fuerit ſub alia diuerſa forma, videlicet pro
maſculis tm̃, nam reſpondetur primo hoc nõ potuiſ-
ſe fieri ad præiudiciũ Prudentię, cui ex prima inueſti-
tura ius quæſitum fuerat, ut ſupra: ſecundo reſpõde-
tur, ꝙ in ſecunda inueſtitura ſaluum fuit ius illis, qui
bus ius ex prima erat quæſitum, quia facta fuit ſub cõ
ditione, & proteſtatione citra præiudiciũ tertij, ut la-
tius dictum eſt, & hęc pro nunc ſufficiant ad fauorẽ
dominæ Prudentię. In cæteris ſequor ea, quę pruden
tiſſimè ꝯſiderauit dominus conſultor, in cuius ſentẽ
tiam tanquam iuridicam uenio. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *In emphyteoſi noua, in qua eſſent duæ lineæ conſtitutæ, & quæ ad fœminas etiam, maſculis non extantibus, tranſire poteſt, quouſque aliquis ſiue maſculus, ſiue fœmina de vna linea ſupereſt, alij de alia linea admitti nequeunt, nec locus eſt iuri accreſcẽdi.*

2 *Secus in emphyteoſi paterna, in qua fœmina non admittitur, quouſq; aliquis ex deſcẽdẽtibus maſculis primi acceptoris ſuperſit.*

3 *Et ſi in diuiſione res emphyteotica tota fuit uni aſſignata, qui poſtea deceſſit ſine maſculis, ſola filia fœmina ſuperſtite, & ſuperſtitibus patruo, ac patruelibus ipſius filiæ, ſi emphyteoſis ſit noua, tota ad filiam pertinet, ſi verò antiqua, patruus, & patrueles ad eam, excluſa filia, admittuntur.*

4 *Accreſcit quid facilius portionem habenti, quàm nullam partem habenti.*

E P I T O M E.

Emphyteosis ꝯceſſa duobus ꝓ ſe, & eorũ filiis maſculis, & illis non extantibus, pro filiabus, & deſcendentibus fœminis, ſi in diuiſione datis uni bonis allodialibus tota emphyteoſis fuerit aſſignata alteri, quę poſtea contingat decedere ſine filiis maſculis ſuperſtitibus ſolũ filia ipſius fœmina, & ipſius filiæ patruo, ac patruelibus, ad totam ipſa filia, excluſis patruo, & patruelibus, admittitur, ſi emphyteoſis ſit noua, ſecus ſi eſſet antiqua, & paterna.

CON-

CONSILIVM CXI.

QVIA veritas in paucis conſiſtit, pro deci-
ſione præſentis difficultatis breuiloquio,
utendum eſſe exiſtimaui, diſtinguendo,
1 †q; aut emphyteoſis, quæ dicitur renoua-
ta ſecundum formam, & tenorem, de quo in inſtru-
mento mihi exhibito, fuit noua, & nõ paterna, & tũc
concludo dominam Margaritam ex tenore inueſti-
turæ patruum, & alios ſuos patrueles, & ſolam in par
te rei emphyteoticæ poſt mortẽ patris poſſe ex illius
pacto, & prouidentia ſuccedere, cum eius pater ſine
filiis maſculis deceſſerit, ut eſt tex. ubi habet̃ deciſio
in c. 1. de duob. fratrib. à cap. inueſt. & ibi And. Iſer.
qui dixit hunc caſum eſſe planum, & rationabilẽ, cæ-
teriq; feudiſtæ in hoc concordant: nam uidentur in
caſu propoſito duæ lineæ conſtitutæ, & quouſque ali
q ſiue maſculi, ſiue fœminę de una linea ſupererint,
alii de alia linea admitti nequeunt ẽt uirtute iuris ac
creſcẽdi, quod ex ui inueſtituræ locũ haberet, ut ibi,
& in c. 1. §. 1. de natu. ſucceſſ. feu. & in c. 1. in fi. de ſuc-
2 ceſſ. feu. † Aut emphyteoſis fuit antiqua, & paterna, &
tunc etiam ſi fuerit conceſſa ſub forma, de qua in di-
cto inſtrumento, patruus, & patrueles in parte Petri-
gentilis per ius accreſcendi ſuccedere poſſunt exclu
ſa filia fœmina, quoniam in emphyteoſi antiqua con
ceſſa ẽt ſub tenore, & forma prædicta, ſi contingat al
terum cum filia decedere, illa propter maſculos de-
ſcendentes primi recipientis debet dici excluſa, nec
admitti põt, quouſque aliquis ex deſcendentibus ma
ſculis primi acceptoris ſuperſit. c. 1. de eo, qui ſibi, vel
hæred. ſuis maſcu. & fœm. inueſti. accep. & Dec. in cõ
3 ſi. 263. cum alijs. ¶ Quo † uerò ad partes alias dictę rei
emphyteoticæ, quæ ex ui ſucceſſionis paternæ, & ex
natura inueſtituræ ad patruum, & patrueles ſpectare
debuiſſent, ſi inter fratres diuiſio facta eſſet, & res em
phyteotica uni tãtum fuiſſet aſſignata, tunc ſi ſumus
in feudo, ſeu emphyteoſi paterna; maſculi præferen-
tur cuilibet fœminæ, quæ & ſi ex natura cõceſſionis
comprehenſa eſſet, tamen niſi omnibus maſculis de
ficientibus admitti non poterit, argu. d. c. 1. de natu.
ſucceſſ. feud. & eſt glo. in c. ſi quis miles conſtitu. feu-
da. do. Lotha. imper. c. 1. de eo, qui fin. fecit agna. de
feu. pater. & c. 1. §. ſi titius cum Sempronio. ſi de feu.
fue. conten. inter dominum, & agnatos. & hoc mo-
do intelligo id, quod uolunt Bar. Alex. & alij in l. qui
Romæ. §. duo fratres. in 10. q. ff. de uerb. oblig. & Bal.
in l. 1. q. 11. ff. de rerum diuiſio. ſi uerò eſſemus in feu-
do, ſeu emphyteoſi noua conceſſa pro ſe, & eorum fi
liis maſculis, & illis non extantibus pro filiabus, & de
ſcendentibus fœminis, quo caſu ſi aliter ex dictis fra-
tribus ſine maſculis hæredibus ſuperſtite filia fœmi-
na deceſſerit, filia in ſuccedendo patruum, & patrue-
les ſuos excludit, ut dictum fuit, ſi inter ipſos fratres
facta eſſet diuiſio, & uni ſoli tota res feudalis, ſeu em
phyteotica eſſet aſſignata, alteri uerò fratri bona allo
dialia data eſſent cum generali refutatione, ut fieri
ſolet, ſi poſtea contingat alterum ex dictis fratribus
ſine maſculis decedere ſuperſtite ſolũ filia fœmina,
prout in caſu occurrenti euenit, tũc filia fœmina, ex-
cluſis patruo, & patruelibus ſuis ad partem, quę ex cõ
ceſſione debuit ad patrem peruenire, admittitur, ut
iam dixi: quo uerò ad partes aliorum fratrum, quæ in
diuiſione ad patrẽ filiæ peruenerunt, ipſa filia patruo
4 etiam, & patruelibus uidetur præferenda; † quoniam
ad patruum, & patrueles ex iure accreſcendi nihil ſpe
ctare poteſt, cum nullam portionem rei habuerint,
cui accreſcere poſſit, ut uoluit Bald. in l. vnica. q. 11.
uer. ſed an diuiſio. C. quan. non peten. par. quem ſeq-
tur ibi Rom. ac ẽt refert, & ſequitur Dec. in conſ. 263.
col. vlti. quos intelligo in emphyteoſi, ſeu feudo no-
uo. Cum igitur patruo, & patruelibus alias ...
accreſcere nequeant, & ſuperſit filia fœmina ...
ex natura conceſſionis pars paterna peruen...
diuiſione facta reperiatur aliam partem re...
& retinere, dicendũ eſt, illas alias partes ip...
eius portioni accreſcere debere, quoniã ...
tes deficientes accreſcunt aliam portione...
quàm non habenti, ut habetur in d. l. unica ...
patruus, & patrueles in recompenſatione ...
emphyteoticæ habuerunt in diuiſione bo...
lia. Quo fit, ut decepti, ſeu dãnificati dici ...
ſi filia fœmina alterius fratris rẽ totam, ...
buerit, & in illa ſucceſſerit. Et propterea ...
tilis, quæ de iure, & ex natura conceſſion...
teoticæ partem ex ſucceſſione patris, ẽt ...
patruo, & patruelibus ſuis, habere potuit, ...
conſequi alias partes rei, quæ patri ſuo in ...
aſſignatæ fuerunt, cum in habentibus ſym...
cilior ſit tranſitus. l. in rem. §. item quæcu...
rei uendica. c. quod in dubijs. cum gl. de co...
eccle. uel alta. ac facilius quid portionem ...
creſcat, quàm nullam partem habenti, cũ ...
creſcat portioni, & non illi, qui portionem ...
bet, per rationes Bal. in d. l. unica. q. 11. ¶ ...
in caſu occurrenti emphyteoſis fuerit pate...
pitur paterna in d. c. 1. de natu. ſucceſſ. feu...
noua, niſi aliud ultra inſtrumentum exhib...
oſtendatur, tenerem eſſe nouam emphyteo...
caſu, ut iam dixi, filia Petrigẽtilis dẽt obtine...
ſecus eſſet, ſi emphyteoſis eſſet paterna, ...
declarando, ut ſupra dictum fuit. Et ita pro...
deo, ſaluo ſemper ſaniori iudicio. Laus ...

SVMMAE.

1 *Emphyteoſis paterna finita linea, vel aliter ad eccle...*
ſi ab eccleſia de nouo concedatur duobus fratri...
bus à primis emphyteotis, naturam paterna ...
net, & inter emphyteotas de nouo inueſtitos loc...
creſcendi.

2 *Limitatur, ſi in noua conceſſione eſſet adiecta aliqua ...*
tas, clauſula, conuentio, ſeu forma, quæ in prima ...

3 *Item, quando ob culpam, & delictum emphyteota ...*
ad eccleſiam reuerſa.

4 *Emphyteoſi finita ob culpam, & delictum emphyteo...*
tàm petendi, & impetrandi renouationem, quàm ...
torum penes deſcendentes, & agnatos emphyteo...
cus ſi ob lineam deficientem finita eſſet.

EPITOME.

EMPHYTEOSIS paterna finita, & ad ...
deuoluta, maximè ob culpam, & delictũ em...
tæ, ſi de nouo duobus fratribus deſcendenti...
mis emphyteotis cum nouis qualitatibus, co...
nibus, & formis concedatur, ea dicitur noua ...
ternæ naturam retinet, neque inter emphyt...
nouo inueſtitos locus eſt iuri accreſcendi.

CONSILIVM CXII.

VISO inſtrumento inueſtituræ fa...
no 1521. Dom. Hieronymo, & ...
mæo fratribus, & filiis quondam ...
de Dulcinis pro ſe, ſuiſq; filijs ...
& naturalibus circa dubium, an dicatur nou...
ſio, ſeu noua emphyteoſis, an uerò antiqua, ...
na, quoniam ſi diceretur antiqua, & paterna, ...
tum alterius fratris ſine filijs, & deſcendenti...
dentis, portio deficiens alteri fratri ſuperſti...
tur accreſcere, ſeu ex iure antiquæ inueſtitu...
ri, ſecus ſi eſſet noua conceſſio, ad tradita per ...
alios Doctores communiter in l. ſi mihi, & ...
de uerborum obligatio. c. 1. de ſucceſſio. ...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN